

COMMVTATIO.

¶ Per Sixtum. 4. & Leonem. 10. à Prælati-
tis potest fieri Commutatio legatorum vnius
Conuentus in vsum alterius: sine scandalo ta-
men illorum ad quos solutio talium legato-
rum pertinet. Similiter, possunt Prælati vsum
vnius rei in alterius vsum commutare in re-
bus etiam donatis per viuentes, si tamen non
sequatur scandalum. Ex Compendio commu-
ni. num. 1. & 2.

¶ Hæc est magna concessio virtute cuius
potest Prouincialis quæ in vna domo viden-
tur superflua alteri remittere, vel donare. Vi-
deatur Frater Antonius de Corduua in sua
Summa. q. 57.

¶ Idem Leo concessit, q̄ Fratres Mino-
res possint recipere triticū, ac alias res super
abundantes [scilicet quibus in propria spe-
cie Fratres non habent necesse vti, aut non in
tanta quãtitate] vt pro vino carnibus, ac alijs
rebus viciui necessarijs per Syndicum Roma-
næ Ecclesiæ eisdem Fratribus datum commu-
tentur, & permutentur: seu vt triticum et alia
huiusmodi vendantur et ex pecunia inde
proueniente, vinum, et carnes ac aliq̄ res ne-

Y y

3

cessa-